Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In diebus illis, Venerunt due Fer. iv. r. r. regu
mulieres meretrices ad regem salomonem;
steteruntque coram eo. Dixitque una ad eum:
Obsecro mi domine; ego et mulier hec habitabamus
in domo una et peperi apud eam in cubiculo.
Tertia autem die postquam ego peperi; peperit
et hec. Et eramus simul; nullusque alius in do=
mo nobiscum exceptis nobis duabus. Mortu
us est autem filius mulieris huius nocte; dor
miens quippe oppressit eum. Et consurgens in tem
pesta noctis silencio tulit filium meum de latere
meo; ancille tue dormientis, et collocauit eum i
sinu suo; suum autem filium qui erat mortu
posuit in sinu meo. Cumque surrexissem mane
ut darem lac filio meo; apparuit mortuus. Diue
diligencius intuens clara luce; deprehendi non esse
meum quem genueram. Addiditque altera muli=
Non est ita; sed filius tuus mortuus est; meus
autem uiuit. Econtrario illa dicebat: Men
tiris. Filius quippe meus uiuit; et filius tuus
mortuus est. Atque in hunc modum contende
bant coram rege. Tunc rex ait: Hec dicit filius
meus uiuit; et filius tuus mortuus est; et ista
respondit non; sed filius tuus mortuus est; et
filius meus uiuit. Dixit quoque rex: Afferte michi
gladium. Cumque attulissent gladium coram

256